Et dixerunt ihs Quare discipuli tui non lauant manus suas cum panem manducant. Qui respondens ait illis. Bene prophetauit esaias de uobis hypocritis sicut scriptum est. Populus hic labiis me honorat. Cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas et mandata hominum. Conuocans ad se turbas dixit eis. Audite et intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem. Sed quod procedit de ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei. Scis quia pharisei audito hoc uerbo scandalizati sunt. At ille respondens ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos. Duces sunt caeci caecorum. Caecus autem si caecum ducat ambo in foueam cadent. Respondens autem petrus dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille ait. Adhuc et uos sine intellectu estis. Non intelligitis quia omne quod in os intrat in uentrem uadit et in secessum emittitur. Quae autem procedunt de ore de corde exeunt et ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malae homicidia adulteria fornicationes furta falsa testimonia blasphemiae. Haec sunt quae coinquinant hominem. Manducare autem non coinquinat hominem. Et egressus inde ihs secessit in partes tyri et sidonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamauit dicens ei. Miserere mei domine fili dauid. Filia mea male a daemonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes. Dimitte eam quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus israel. Illa autem uenit et adorabat eum dicens. Domine adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nam et catelli edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens ihs dixit ei. O mulier magna est fides tua. Fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et cum transisset inde ihs uenit secus mare galilaeae. Ascendensque in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbae multae habentes secum claudos caecos mutos debiles et alios multos. Et proiecerunt eos ante pedes eius. Et curauit eos. Ita ut turbae mirarentur uidentes mutos loquentes debiles ambulantes caecos uidentes. Et magnificauerunt deum israel. Ihs autem conuocatis discipulis suis ait. Misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo ne forte deficiant in uia. Et discipuli dicunt ei. Unde nobis in deserto tanta panum copia ut saturemus turbam tantam. Ihs autem dixit eis. Quot panes habetis. At illi dixerunt. Septem et pauca pisciculi. Et praecepit turbae discumbere super terram. Et accepit septem panes et pisces et gratias agens fregit et dedit discipulis suis et discipuli turbae. Et manducauerunt omnes et saturati sunt. Et quod superauit de fragmentis tulerunt septem sportas plenas. Erant autem manducantes quattuor milia hominum exceptis paruulis et mulieribus. Et dimissis turbis ascendit in nauem et uenit in fines magedan. Et accesserunt ad eum pharisaei et sadducaei temptantes et rogauerunt eum ut signum de caelo ostenderet eis. At ille respondens dixit eis. Facto uespere dicitis. Serenum erit rubicundum est enim caelum. Et mane. Hodie tempestas erit rubet enim triste caelum. Faciem caeli dijudicare nostis signa autem temporum non potestis. Generatio mala et adultera signum quaerit et signum non dabitur ei nisi signum ionae prophetae. Et relictis illis abiit. Et cum uenissent discipuli eius trans fretum obliti sunt panes accipere. Et nisi tulissent secum panem non habebant in nauicula. Et ait illis ihs. Uidete et cauete a fermento pharisaeorum et sadducaeorum. Et cogitabant inter se dicentes. Panes non habemus. Quod sciens ihs ait illis. Quid cogitatis in uobis modicae fidei quia panes non habetis. Nondum intellegitis neque recordamini quinque panum in quinque milia hominum et quot cophinos sumpsistis. Neque septem panum in quattuor milia hominum et quot sportas sumpsistis. Quomodo non intellegitis quia non de pane dixerim uobis cauere a fermento pharisaeorum et sadducaeorum. Tunc intellexerunt quia non dixisset cauendum a fermento panum sed a doctrina pharisaeorum et sadducaeorum. Et ueniens ihs in partes caesareae philippi interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis. At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam alii autem heliam alii uero hieremiam aut unum ex prophetis. Dicit illis ihs. Uos autem quem me esse dicitis. Respondens simon petrus dixit. Tu es christus filius dei uiui. Respondens autem ihs dixit ei. Beatus es simon bar iona quia caro et sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui in caelis est. Et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni caelorum. Et quodcumque ligaueris super terram erit ligatum et in caelis et quodcumque solueris super terram erit solutum et in caelis. Tunc praecepit discipulis suis ne quis dicerent quia ipse esset ihs christus. Exinde coepit ihs ostendere discipulis suis quia oportet eum ire ierosolymam et multa pati a senioribus et scribis et principibus sacerdotum et occidi et tertia die resurgere. Et assumens eum petrus coepit increpare illum dicens. Propitius esto domine non erit tibi hoc. At ille conuersus dixit petro. Uade retro me satana scandalum es mihi quia non sapis ea quae dei sunt sed quae hominum. Tunc ihs dixit discipulis suis. Si quis uult post me uenire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me inueniet eam. Quid enim prodest homini si mundum uniuersum lucretur animae uero suae detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua. Filius enim hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis et tunc reddet unicuique secundum opera eius. Amen dico uobis quia sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec uideant filium hominis uenientem in regno suo. Et post dies sex assumit ihs petrum et iacobum et iohannem fratrem eius et ducit illos in montem excelsum seorsum. Et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses et helias cum eo loquentes. Respondens autem petrus dixit ihu. Domine bonum est nos hic esse si uis faciamus hic tria tabernacula tibi unum et moysi unum et heliae unum. Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce uox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in facies suas et timuerunt ualde. Et accessit ihs et tetigit eos et dixit eis. Surgite et nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem uiderunt nisi solum ihm. Et descendentibus illis de monte praecepit eis ihs dicens. Nemini dixeritis uisionem donec filius hominis a mortuis resurgat. Et interrogauerunt eum discipuli dicentes. Quid ergo scribae dicunt quod helias oportet primum ueniat. Ihs autem respondens ait eis. Helias quidem uenturus est et restituet omnia. Dico autem uobis quia helias iam uenit et non cognouerunt eum sed fecerunt in eo quaecumque uoluerunt. Sic et filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de iohanne baptista dixisset eis. Et cum uenissent ad turbam accessit ad eum homo procidens genua sua ante eum et dicens. Domine miserere filio meo quia lunaticus est et male patitur nam saepe cadit in ignem et saepe in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis et non potuerunt curare eum. Respondens autem ihs dixit. O generatio incredula et peruersa quousque ero apud uos quousque patiar uos adferte illum huc mihi. Et increpauit illum ihs et exiit ab eo daemonium et curatus est puer ex illa hora. Tunc accedentes discipuli secreto dixerunt. Quare nos non potuimus eicere illum. Dicit illis ihs propter incredulitatem uestram. Amen enim dico uobis si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis monti huic transi hinc illuc et transibit et nihil impossibile erit uobis. Hoc autem genus non eicitur nisi per orationem et ieiunium. Conuersantibus autem eis in galilaea dixit illis ihs. Futurum est ut filius hominis tradatur in manus hominum et occident eum et die tertia resurget. Et contristati sunt ualde. Et cum uenissent capharnaum accesserunt qui didrachma accipiebant ad petrum et dixerunt. Magister uester non dat didrachma. Dicit ei petrus. Utique. Et cum intrasset domum praeuenit eum ihs dicens. Quid tibi uidetur simon. Reges terrae a quibus accipiunt tributum uel censum a filiis suis an ab alienis. Et ille dixit. Ab alienis. Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos uade ad mare et mitte hamum et eum piscem qui primus ascenderit tolle et aperto ore illius inuenies staterem illum sumens da eis pro me et te. Eadem hora accesserunt discipuli ad ihm dicentes. Quis putas maior est in regno caelorum. Et ihs aduocans paruulum unum statuit eum in medio eorum et dixit. Amen dico uobis nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum caelorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste hic est maior in regno caelorum. Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo me suscipit. Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui credunt in me expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris. Uae mundo a scandalis necesse est enim ut ueniant scandala uerumtamen uae homini illi per quem scandalum uenit. Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te abscide eum et proice abs te. Bonum tibi est ad uitam ingredi debilem aut claudum quam duas manus habentes aut duos pedes mitti in ignem aeternum. Et si oculus tuus scandalizat te eice eum abs te. Bonum tibi est cum uno oculo in uitam intrare quam duos oculos habentes mitti in gehennam ignis. Uidete ne contemnatis unum ex his paruulis dico enim uobis quia angeli eorum in caelis semper uident faciem patris mei qui in caelis est. Quid uobis uidetur si fuerint alicui homini centum oues et errauerit una ex eis nonne relinquit nonaginta nouem in montibus et uadit quaerere errantem. Et si contigerit inuenire eam amen dico uobis quia gaudet super eam magis quam super nonaginta nouem quae non erraverunt. Sic non est uoluntas ante patrem uestrum qui in caelis est ut pereat unus de paruulis istis. Si autem peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit lucrifecisti fratrem tuum. Si autem non audierit te adhibe tecum adhuc unum aut duos ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quod si non audierit eos dic ecclesiae. Si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico uobis quaecumque alligaueritis super terram erunt ligata et in caelo et quaecumque solueritis super terram erunt soluta et in caelo. Iterum amen dico uobis quia si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint fiet illis a patre meo qui in caelis est. Ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum dixit. Domine quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei usque septies. Dicit illi ihs. Non dico tibi usque septies sed usque septuagies septies. Propterea simile factum est regnum caelorum homini regi qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum coepisset rationem ponere oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet dominus eius iussit eum uendi et uxorem eius et filios et omnia quae habebat et reddi. Procidens autem seruus ille orabat eum dicens. Patientiam habe in me et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus seruo illi dimisit eum et debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille inuenit unum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios et tenens suffocabat eum dicens. Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum dicens. Patientiam habe in me et omnia reddam tibi. Ille autem noluit sed abiit et misit eum in carcerem donec reddat debitum. Uidentes autem conserui eius quae fiebant contristati sunt ualde et uenerunt et narrauerunt domino suo omnia quae facta fuerant. Tunc uocauit illum dominus suus et ait illi. Serue nequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri conseruo tuo sicut et ego tui misertus sum. Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusque reddat uniuersum debitum. Sic et pater meus caelestis faciet uobis si non remiserit unusquisque fratri suo de cordibus uestris. Et factum est cum consummasset ihs sermones hos transtulit se a galilaea et uenit in fines iudaeae trans iordanem. Et secutae sunt eum turbae multae et curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisaei temptantes eum et dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa. At ille respondens ait eis. Non legistis quia qui fecit hominem ab initio masculum et feminam fecit eos et dixit. Quam ob rem dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo moyses mandauit dare libellum repudii et dimittere. Ait illis. Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras ab initio autem non fuit sic. Dico autem uobis quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit moechatur et qui dimissam duxerit moechatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum uxore non expedit nubere. Qui dixit eis. Non omnes capiunt uerbum hoc sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus et sunt eunuchi qui castrauerunt semetipsos propter regnum caelorum. Qui potest capere capiat. Tunc oblati sunt ei paruuli ut manus eis imponeret et oraret. Discipuli autem increpabant eos. Ihs autem dixit. Sinite paruulos et nolite eos prohibere ad me uenire talium est enim regnum caelorum. Et cum imposuisset eis manus abiit inde. Et ecce unus accedens dixit ei. Magister bone quid boni faciam ut habeam uitam aeternam. Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono unus est bonus deus. Si autem uis ad uitam ingredi serua mandata. Dicit illi. Quae. Ihs autem dixit. Non homicidium facies. Non adulterium facies. Non furtum facies. Non falsum testimonium dices. Honora patrem et matrem. Et diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adulescens. Omnia haec custodiui a iuuentute mea quid adhuc mihi deest. Ait illi ihs. Si perfectus esse uis uade uende quae habes et da pauperibus et habebis thesaurum in caelo et ueni sequere me. Audito autem adulescens uerbo abiit tristis erat enim habens multas possessiones. Ihs autem dixit discipulis suis. Amen dico uobis quia dives difficile intrabit in regnum caelorum. Et iterum dico uobis facilius est camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regnum caelorum. Audientes autem discipuli mirabantur ualde dicentes. Quis ergo potest saluus fieri. Aspiciens autem ihs dixit illis. Apud homines hoc impossibile est apud deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te quid ergo erit nobis. Ihs autem dixit illis. Amen dico uobis quod uos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae sedebitis et uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum centuplum accipiet et uitam aeternam possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi et nouissimi primi. Simile est enim regnum caelorum homini patri familias qui exiit primo mane conducere operarios in uineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno misit eos in uineam suam. Et egressus circa horam tertiam uidit alios stantes in foro otiosos et dixit illis. Ite et uos in uineam meam et quod iustum fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa horam sextam et nonam et fecit similiter. Circa undecimam autem exiit et inuenit alios stantes et dicit illis. Quid hic statis tota die otiosi. Dicunt illi. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et uos in uineam meam et quod iustum fuerit accipietis. Cum sero autem factum esset dicit dominus uineae procuratori suo. Uoca operarios et redde illis mercedem incipiens a nouissimis usque ad primos. Cum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant acceperunt singulos denarios. Uenientes autem et primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi et acceperunt et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrem familias dicentes. Quia nouissimi hi una hora fecerunt et pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei et aestus. At ille respondens uni eorum dixit. Amice non facio tibi iniuriam nonne ex denario conuenisti mecum tolle quod tuum est et uade. Uolo autem et huic nouissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod uolo facere an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum. Sic erunt nouissimi primi et primi nouissimi. Multi enim sunt uocati pauci uero electi. Et ascendens ihs ierosolymam assumpsit duodecim discipulos suos secreto et ait illis. Ecce ascendimus ierosolymam et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis et damnabunt eum morte et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum et crucifigendum et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedaei cum filiis suis adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid uis. Ait illi. Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram tuam in regno tuo. Respondens autem ihs dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum et baptismo quo ego baptizor baptizari. Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis et baptismo quo ego baptizor baptizabimini. Sedere autem ad dexteram meam et sinistram meam non est meum dare uobis sed quibus paratum est a patre meo. Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Ihs autem conuocauit eos dixit. Scitis quia principes gentium dominantur eorum et qui magni sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter uos sed quicumque uoluerit inter uos maior fieri sit uester minister. Et qui uoluerit inter uos primus esse erit uester seruus. Sicut filius hominis non uenit ministrari sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis. Et egredientibus illis ab hiericho secuta est eum turba multa. Et ecce duo caeci sedentes secus uiam audierunt quia ihs transiret et clamauerunt dicentes. Miserere nostri domine fili dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes. Miserere nostri domine fili dauid. Et stetit ihs et uocauit eos et ait. Quid uultis ut faciam uobis. Dicunt illi. Domine ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum ihs tetigit oculos eorum et confestim uiderunt et secuti sunt eum. Et cum appropinquassent ierosolymis et uenissent bethphage ad montem oliueti tunc ihs misit duos discipulos suos dicens eis. Ite in castellum quod contra uos est et statim inuenietis asinam alligatam et pullum cum ea. Solutos adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit dicite quia dominus his opus habet et confestim dimittet eos. Hoc autem factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filiae sion. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super asinam et pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut praecepit illis ihs. Et adduxerunt asinam et pullum et imposuerunt super eos uestimenta sua et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba straverunt uestimenta sua in uia alii autem caedebant ramos de arboribus et sternebant in uia. Turbae autem quae praecedebant eum et quae sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid benedictus qui uenit in nomine domini osanna in excelsis. Et cum intrasset ierosolymam commota est uniuersa ciuitas dicens. Quis est hic. Populi autem dicebant. Hic est ihs propheta a nazareth galilaeae. Et intrauit ihs in templum dei et eiciebat omnes uendentes et ementes in templo et mensas nummulariorum et cathedras uendentium columbas et dixit eis. Scriptum est. Domus mea domus orationis uocabitur uos autem facitis eam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum caeci et claudi in templo et sanauit eos. Uidentes autem principes sacerdotum et scribae mirabilia quae fecit et pueros clamantes in templo et dicentes. Osanna filio dauid indignati sunt et dixerunt ei. Audis quid isti dicunt. Ihs autem dixit eis. Utique. Nunquam legistis quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem. Et relictis illis foras abiit bethaniam et mansit ibi. Mane autem reuertens in ciuitatem esuriit. Et uidens fici unam secus uiam uenit ad eam et nihil inuenit in ea nisi folia tantum et ait illi. Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et aruit continuo ficulnea. Et uidentes discipuli mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit ficulnea. Respondens autem ihs dixit eis. Amen dico uobis si habueritis fidem et non haesitaueritis non solum de ficulnea facietis sed et si montis huic dixeritis tolle et mittere in mare fiet. Et omnia quaecumque petieritis in oratione credentes accipietis. Et cum uenisset in templum accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum et seniores populi dicentes. In qua potestate haec facis et quis tibi dedit hanc potestatem. Respondens autem ihs dixit eis. Interrogabo et ego uos unum uerbum quod si dixeritis mihi et ego dicam uobis in qua potestate haec facio. Baptismus iohannis unde erat de caelo an ex hominibus. At illi cogitabant inter se dicentes. Si dixerimus de caelo dicet nobis quare ergo non credidistis illi. Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam omnes enim habent iohannem sicut prophetam. Et respondentes ihi dixerunt. Nescimus. Ait illis et ipse. Nec ego dico uobis in qua potestate haec facio. Quid autem uobis uidetur. Homo quidam habebat duos filios et accedens ad primum dixit. Fili uade hodie operare in uinea mea. At ille respondens ait. Nolo. Postea autem paenitentia motus abiit. Et accedens ad alterum dixit similiter. Ille autem respondens ait. Eo domine et non ibat. Quis ex duobus fecit uoluntatem patris. Dicunt ei. Primus. Ait illis ihs. Amen dico uobis quia publicani et meretrices praecedunt uos in regnum dei. Uenit enim ad uos iohannes in uia iustitiae et non credidistis illi publicani autem et meretrices credidistis illi. Uos autem uidentes nec paenitentiam habuistis postea ut credatis illi. Aliam parabolam audite. Homo erat pater familias qui plantauit uineam et sepem circumdedit ei et fodit in ea torcular et aedificauit turrem et locauit eam agricolis et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius. Et agricolae apprehensis seruis eius alium caederunt alium occiderunt alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures quam priores et fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens. Uerebuntur filium meum. Agricolae autem uidentes filium dixerunt intra se. Hic est heres uenite occidamus eum et habebimus hereditatem eius. Et apprehendentes eum eiecerunt extra uineam et occiderunt. Cum ergo uenerit dominus uineae quid faciet agricolis illis. Aiunt illi. Malos male perdet illos et uineam suam locabit aliis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis ihs. Numquam legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Propterea dico uobis quia auferetur a uobis regnum dei et dabitur genti facienti fructum eius. Et qui cecidit super lapidem istum conquassabitur super quem autem ceciderit conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisaei parabolas eius cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quaerentes eum tenere timuerunt turbas quoniam sicut prophetam eum habebant. Et respondens ihs iterum dixit in parabolis eis dicens. Simile factum est regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias et nolebant uenire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis ecce prandium meum paraui tauri mei et altilia occisa sunt et omnia parata uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt et abierunt alius quidem in uillam suam alius uero ad negotiationem suam. Reliqui autem tenuerunt seruos eius et contumeliis adfectos occiderunt. Rex autem cum audisset misit exercitum suum et perdidit homicidas illos et ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiae quidem paratae sunt sed qui uocati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum et quos inueneritis uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias congregauerunt omnes quos inuenerunt malos et bonos et impletae sunt nuptiae discumbentium. Intrauit autem rex ut uideret discumbentes et uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali et ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus et pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium. Multi enim sunt uocati pauci uero electi. Tunc abeuntes pharisaei consilium inierunt ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes. Magister scimus quia uerax es et uiam dei in ueritate doces et non est tibi cura de quoquam non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi uidetur licet censum dare caesari an non. Cognita autem ihs nequitia eorum ait. Quid me temptatis hypocritae. Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et dicit illis. Cuius est imago haec et superscriptio. Dicunt ei. Caesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quae sunt caesaris caesari et quae sunt dei deo. Et audientes mirati sunt et relicto eo abierunt. In illo die accesserunt ad eum sadducaei qui dicunt resurrectionem non esse et interrogauerunt eum dicentes. Magister moyses dixit si quis mortuus fuerit non habens filios ut ducat frater eius uxorem illius et suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres et primus uxore ducta defunctus est et non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus et tertius usque ad septimum. Nouissima autem omnium defuncta est et mulier. In resurrectione ergo cuius de septem erit uxor. Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem ihs dixit eis. Errabitis nescientes scripturas neque uirtutem dei. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur sed erunt sicut angeli dei in caelo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum sit a deo dicente. Ego sum deus abraham et deus isaac et deus iacob. Non est deus mortuorum sed uiuorum. Et audientes turbae mirabantur super doctrina eius. Pharisaei autem audientes quia silentium imposuisset sadducaeis conuenerunt in unum et interrogauit unus ex eis legis doctor temptans eum et dicens. Magister quod est mandatum magnum in lege. Ihs autem dixit illi. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et in tota anima tua et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet et prophetae. Congregatis autem pharisaeis interrogauit eos ihs dicens. Quid uobis uidetur de christo cuius filius est. Dicunt ei. David. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spiritu uocat eum dominum dicens. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo dauid uocat eum dominum quomodo filius eius est. Et nemo poterat ei respondere uerbum neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Tunc ihs locutus est ad turbas et ad discipulos suos dicens. Super cathedram moysi sederunt scribae et pharisaei. Omnia ergo quae dixerint uobis seruate et facite secundum uero opera eorum nolite facere dicunt enim et non faciunt. Alligant autem onera grauia et importabilia et imponunt in humeros hominum digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia autem opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim fimbrias suas et magnificant praeputia uestimentorum. Amant autem primos discubitus in conuiuiis et primas cathedras in synagogis

in properat dñs farisaeis

Dicit discipulis ad tendite a fermento farisaeorum
et qui dixit in spu sco non remittetur ei et nolite
cogitare qui eloquimini

Hominis divitis uberes fructus attulit possessio
Nolite solliciti esse animae qui dopussit et lilia
agri nolite timere pusillus grex et servo
quem constituit dñs super familiam suam ut
cla eis [illegible] ab
Nonnem pacem mittere sed gladium cla ophram li
a cluspario cum es cum illo in via et venit ad ar
borem ficus plantatam in vineam q: non fecit
fructus phrannos tres cum sacrificiis
De sanguine galilaeorum quem miscuit pylatus
Mulierem ab infirmitate annorum octo decem sa
navit ihs iterum de grano sinapis et fermento ab
sconso in farina Hierusalem hierusalem
Filii regni expellentur et erunt novissimi primi
quae occidis prophetas Ubi hidropicum ihs curavit

Archiepiscopi primos accubitus & salutationem non
diligunt sed plausus postulant. Vae eis.
Nec quisquam putet parvam esse culpam & omnium
deorum iracundiam quae per ebriosos & mulie-
res quae perebriosae sunt committitur. Sed audiam
Homo quidam habet duos filios. Et accedens ad
unum dixit fili hodie operare in vinea mea.
Ille autem respondens ait nolo. Postea autem
poenitentia motus abiit. Et accedens ad alterum
dixit similiter. Qui respondens ait ego domine. Et non
abiit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris. Dicunt
ei primus. Dicit illis Iesus. Amen dico vobis quia publicani
& meretrices praecedunt vos in regnum dei. Venit enim
ad vos Iohannes in via iustitiae & non credidistis ei.
Publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem
cum vidissetis nec paenitentiam habuistis postea ut
credatis illi. Alium parabolam audite. Homo quidam
erat paterfamilias qui plantavit vineam & sepem
circumdedit ei & fodit in ea torcular & aedificavit
turrem & locavit eam agricolis & peregre profectus
est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset
misit servos suos ad agricolas ut acciperent fructus
eius. Et agricolae apprehensis servis eius alium
ceciderunt alium occiderunt alium vero lapidaverunt.
Iterum misit alios servos plures quam primi & fecerunt
illis similiter. Novissime autem misit ad eos filium
suum dicens. Verebuntur filium meum. Agricolae autem
videntes filium dixerunt intra se. Hic est heres
venite occidamus eum & habebimus hereditatem
eius. Et apprehendentes eum eiecerunt extra vineam
& occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineae
quid faciet agricolis illis. Ait illi quia malos male
perdet illos & vineam suam locabit aliis agricolis
qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis
Iesus. Numquam legistis in scripturis lapidem quem
reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput
anguli. A domino factum est istud & est mirabile
in oculis nostris. Propterea dico vobis quia auferetur
a vobis regnum dei & dabitur genti facienti fructus
eius. Et qui cadet super lapidem istum conquassabitur
super quem autem ceciderit conteret eum. Et cum
audissent principes sacerdotum & pharisaei parabolas
eius cognoverunt quia de ipsis dicebat. Et quaerentes
eum timuerunt turbas quoniam sicut prophetam
illum habebant. Et respondens Iesus iterum dixit
in parabolis dicens. Simile factum est regnum caelorum
homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit
servos suos vocare invitatos ad nuptias & nolebant
venire. Iterum misit alios servos dicens. Dicite invitatis
ecce prandium meum paravi tauri mei & altilia
occisa sunt & omnia prompta venite ad nuptias.
Illi autem neglexerunt & abierunt alius quidem in
villam suam alius vero ad negotiationem suam.
Reliqui vero tenuerunt servos eius & contumeliis
adfectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus
est & mittens exercitum suum perdidit homicidas
illos & civitatem illorum incendit. Tunc ait servis
suis. Nuptiae quidem paratae sunt sed qui invitati
erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum
quotquot inveneritis vocate ad nuptias. Et egressi
servi eius in vias congregaverunt omnes quos
invenerunt malos & bonos & impletae sunt nuptiae
discumbentium. Intravit autem rex ut videret
discumbentes & vidit ibi hominem non vestitum
veste nuptiali & ait illi. Amice quomodo huc intrasti
non habens vestem nuptialem. At ille obmutuit.
Tunc dixit rex ministris ligatis manibus & pedibus
eius mittite eum in tenebras exteriores ibi erit
fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati
pauci vero electi. Tunc abeuntes pharisaei consilium
inierunt ut caperent eum in sermone. Et mittunt
ei discipulos suos cum herodianis dicentes. Magister
scimus quia verax es & viam dei in veritate docens
& non est tibi cura de quoquam non enim respicis
personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur
licet censum dare caesari an non. Cognita autem
Iesus nequitia eorum ait. Quid me tentatis hypocritae
ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt
ei denarium. Et ait illis. Cuius est imago haec &
superscriptio. Dicunt ei. Caesaris. Tunc ait illis.
Reddite ergo quae sunt caesaris caesari & quae sunt
dei deo. Et audientes mirati sunt & relicto eo abierunt.
In illo tempore accesserunt ad eum sadducaei qui
dicunt non esse resurrectionem & interrogaverunt
eum dicentes. Magister Moyses dixit si quis mortuus
fuerit non habens filios ut ducat frater eius uxorem
illius & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud
nos septem fratres & primus uxore ducta defunctus
est & non habens semen reliquit uxorem suam fratri
suo. Similiter secundus & tertius usque ad septimum.
Novissime autem omnium defuncta est & mulier.
In resurrectione ergo cuius de septem erit uxor
omnes enim habuerunt eam. Respondens autem
Iesus dixit illis. Errastis nescientes scripturas neque
virtutem dei. In resurrectione enim neque nubent
neque nubentur sed erunt sicut angeli dei in caelo.
De resurrectione autem mortuorum non legistis
quod dictum est a deo dicente vobis. Ego sum deus
Abraham & deus Isaac & deus Iacob. Non est deus
mortuorum sed vivorum. Et audientes turbae mirabantur
in doctrina eius. Pharisaei autem audientes quia
silentium imposuit sadducaeis convenerunt in unum
& interrogavit unus ex eis legis doctor tentans eum
et dicens. Magister quod est mandatum magnum
in lege. Iesus autem dixit illi. Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo & in tota anima tua & in
tota mente tua. Hoc est maximum & primum
mandatum. Secundum autem simile huic. Diliges
proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus
mandatis universa lex pendet & prophetae. Congregatis
autem pharisaeis interrogavit eos Iesus dicens.
Quid vobis videtur de Christo cuius filius est.
Dicunt ei. David. Ait illis. Quomodo ergo David
in spiritu vocat eum dominum dicens. Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo
David vocat eum dominum quomodo filius eius est.
Et nemo poterat ei respondere verbum neque ausus
fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.
Tunc Iesus turbis locutus est & discipulis suis dicens.
Super cathedram Moysi sederunt scribae & pharisaei.
Omnia ergo quae dixerint vobis servate & facite
secundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt
enim & non faciunt. Alligant autem onera gravia
& importabilia & imponunt in humeros hominum
digito autem suo nolunt ea movere. Omnia autem
opera sua faciunt ut videantur ab hominibus.

in templo orare et accipiendum regnum dei sicut
pus ... a clusa ... passionis ...

Facilius est camellum per foramen acus transire
Et caecum secundum ecclesiam illuminat ...

Dezachee publicanorum fatam ... Homo dis
cubit accipere regnum et elegit servis electionis

Deasina expulse dixit ihs si hii tacuerint
lapides clamabunt et flevit super hiis ...
lem et de templo ibat ubi clenes. Et intra roga
vit ihs baptismum Johannis unde ...

Ubi coloni occiderunt dominum vinae et ...

Recedite quae ecclesiae sariis sunt cessari et
quae ecclesiae sunt clo ... Expus filius clavel

Septem fratres quinam uxorem habuerunt
fuit interrogat ... Filacio ...

Et respiciens vidit quae mittebantur in gazo
Ponite in cordibus vestris non praemeditari in illa
hora quid loquamini. De arbore ficus disce
simili ... quid prope est in ...

Introiuit satanas in cor iuclae ut trachrae ihm.

Et misit chs discipulos et parauerunt pascha.

Dixit sacramentum corporis et sanguinis

sui qui uult in uobis esse maior erit ministr.

Qui habet tollat et peram et qui non habet

uendat tunicam et emat gladium.

Et cum in monte solus orasset dixit discipu

lis orate ne intretis in temptationem

Et dixit ihs iuclae osculo filium hominis tradis.

Et dixerunt ad ihm principes sacerdotum si

tu es xps dic nobis et obtulerunt eum

pilato et herodi.

Et in passione dixit ihs pater dimitte illis

qui nesciunt et cum delatronibus dicit

hodie mecum eris in paradiso

Post resurrectionem apparuit ihs duob:

euntib: ad uillam et apostolis et benedictus

eos ascendit in celi

Iohannis testimonium perhibet de xpo dicens
non sum dignus corrigiam calciamenti
eius soluere. Ecce iohannis dicit ecce
agnus dei qui tollit peccatum mundi.
Et ostendit ihs discipulis suis ubi manere et
secuti sunt eum. Ubi ihs de aqua uinum fecit
in channa galilee. Et eiecit ihs de templo am
nes uendentes et dixit domus orationis est
domus patris mei. Qui non renatus fuerit de nouo
ex aqua et spu sco non intrabit in regnum dei.
Ubi baptizat ihs et dixit iohannis discipulis
ego non sum xps. Ubi secessit ihs a iudea et
uenit in samariam. Pfat bibere et di
Sedens super puteum mulierem samaritanam
cit discipulis suis alii laborauerunt et uos in la
borem ipsorum introitis. Omnis profeta sine
honore est in patria est sua ubi filium regulis sana
uit.

In porticu salamonis ad natatoriam piscinam
hominem ab infirmitate hordiacis
annorum xxxviii sanavit. De quinque panibus
et duobus piscibus ubi volunt eum et tenebrae
in regem et fugit et venit ad discipulos suos
ambulans supra mare et dixit ego sum
panis vitae. Nunquid et vos vultis me.
Cum aliqui de discipulis abirent retro dixit
et dixerunt ad ihm fratres eius vade hinc
in iudeam et dixit ihs nolite iudicare se
cundum faciem queritis me et ubi sum non
potestis venire. Vierem in adulterio
Quisquis scriptum est. Adducunt ad eum mu
de prae hensam et dixit ihs iudaeis cum
exaltaveritis filium hominis cognoscetis
quia ego sum et vite abraham ego sum.
De caeco anati vitate. Cui linuit oculos et
dixit vade ad siloam.

Ego sum pastor bonus qui pono animam meam
pro ouibus meis. lam...
Dicunt ei farisaei si tu es xps dic nobis pa
Ubi lazarum resuscitat quarta die ihu
Et accipit maria unguentum et unxit pedes
et farisaei uolebant occidere lazarum.
Et turbae acceperunt flores palmarum et
dicebant ossanna et dicebant ihs qui
amat animam suam perdet eam.
Cum multa signa fecisse ihs dicebat ego
lux in hunc mundum usui...
Ubi ihs pedes discipulorum lauit
Et cum exire iudas ut tradere ihm dixit
ei ihs quod facis fac celerius.
Cum dicit ihs discipulis suis dilegite in
uicem uos et pro dicit terme ne
gabis ego sum uia et uerita.
Si diligis me praecepta mea custodite

Et ego rogabo patrem meum. Et mittit uo
bis spm ueritatis. me diligeritis gau
Ego sum uitis uera et pater meus agricola si
deritis quia uado ad patrem
Venit hora ut qui uos occiderit puta
se obsequium dō facere. Et rifitiaz
habebitis sed iterum uidebo uos et
gauidebit cor uestrum et elauatis
oculis ihs dixit pater clarifica filium tuum.
Pater scē serua eos in nomine tuo id est
discipulos. Et ad pilatum.
Et duxerunt ihm ad annam et caifam
Et de cruce dixit ihs discipulo quem di
ligebat ecce mater tua
Post resurrectionem apparuit ihs disci
pulis et non credebat thomas et iterum ap
paruit ei increbat eum. Thy pasce ouis
Et cum tertio manifestatus est ihs discipulis et ait pro dicens
meas et sequere me



Ataufa
ataropi
alia
aser
amos
aclcla
arsaxat
aclan
aminatus
acesa
aterenen
cosam
cisam
casarsiau
cheber
hsroclis

tes
sollempniter stan
mons eorum
gratia eius
beatus
onerarius
robustus one
sanans clepopulati
homo terrenus
populus abiectus
possessio principalis
herecles
diuinans
luctus
ager consulationis
transitus
pellicius

helisabeth	cli mei saturitas
heli	ascenclens
elmachadi	cli mensura
er	uigilans
eriam	oculus eorum
elisae	cli salus
fanuel	facies cli dicimus pascha
fasec	transitus quod nos
filippus	os lampaclis cli
gabriel	fortitudo cli siue confortatio
galilea	uolutabilis grecos
satan	aduersarius siue trans
geraseorum	salus bona
hureae	montaniae
iorclanis	cliscensus
iori	columbanea
iacrim	clns exsultans
iohanna	clns gratia eius
iairus	inluminan

Socur ardabrecan orig hisird o muirchertuc ua loclaind i o diarmait uamcel
rechlaind orig midi. i orig losgaire ocso mc conulad uachcenulban. Araile
docur robo oloigairib arinrdeclair. i. adaig coimmsda cenraithi. Roarlaig ua
loclaind rig hisird i diarmait uamcel rechlaind rig mide. [illegible] loegaire reic na
hardche fi cobrat [illegible] dor. [illegible] conacric
i conarhuind [illegible] nanule neclar [illegible] conrdcartha
di o nahuilib modaib alaro fi ardmrecan [illegible] loegairib. i siat roflana [illegible]
fi i naroire. i. gillamhe hac comarba patraic. muirchertac rig hisird. diarmait
mc domnaill mhc muirchard rig mide. [illegible] uamiadacan [illegible] congalac
mc [illegible] rig galsig. i. mar uacatharaig rig raitne. domnall uabrainrig luigne.
mael ruanaid uaciarda rig cairpre. moel cron mc gillirechlaind rig dscirt
breg. muirchad uarid ullan rig delbna. mc ronan rig cairpre gabra. i. og raire
nahecailre cobrat. can comaitcis [illegible] caillsd actabit i coicsd domuitir
ardabrecan amalbiar docacmidiuch [illegible].

[illegible] gill gilla crist mc mancan [illegible] ardolan [illegible] [illegible]
[illegible] omaccab beollan. i. [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] i. moenac [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] gilla crist [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

IESE
RAM
DNE

Ihu xpi filii da
uid filii abra
cham Abra
cham autem
genuit Isac
Isac autem ge-
nuit Iacob Ia
cob autem ge-
nuit Iudam
Et fratres eius
Iudas autem
genuit Phares
Et Zarad de-
thaman

Phares autem
genuit esrom
esrom autem
genuit aram
Aras autem
genuit aminna-
dab Aminna
dab autem ge-
nuit Naason
Naason autem
genuit salam
on salamon
autem genuit
booz oera

chab booz h
genuit obed ex
ruth obed au
tem genuit Jes
se Jesse autem
genuit dauid
regem dauid
autem genuit
rex salamo
nem ex ea que
fuit uriae
Salamon h
genuit

roboam robo
am autem gen
it abiam abia
autem genuit
asam asa h
genuit Josafat
Josafat autem
genuit Joram
Joras autem
genuit Oziam
Ozias autem
genuit Joatham
Joathas autem

30

genuit acham
achas h genuit
ezechiam eze-
chias autem
genuit manas
sem manasses
h genuit am
os amos autem
genuit iosiam
iosias h genuit
iaeconiam et
fratres eius
intrans migra

tionem babylo
nis. Et post tra
ns migrationem
babilonis. Ie-
chonias genuit
salathiel sala
thiel h genuit
soro babel so
ro babel autem
genuit abiuel
abiuel autem
genuit eliachim
eliachim

Ꝑ genuit azor
azor autem
genuit sadoc
sadoc autem
genuit achim
achim autem
genuit eliud
eliud autem
genuit eleazar
eleazar autem
genuit mathan
mathan autem
genuit iacob

iacob autem
genuit ioseph
uirum marie
de qua natus
est ihs qui uoca
tur xps ·
Mnes ergo
generationes
ab abracham
usque ad dauid
generationes
xiiii · Ꝑ abda
uid usque ad

Transmigrationem Babilonis xiiii · Ga-
transmigrationem Babilonis usque ad
xp̄m generationes xiiii ::





Hgeneratio

sicerat cum esse disponsata mater
eius maria iosephante quam conueni
rent inuenta est in utero habens de spu

sco

Ioseph autem uir eius cum esse
iustus nolle eam traducere uo
luit occulte dimittere eam

Haec autem eo cogitante ecce ange
lus dni in somnis apparuit ei dice
ns Ioseph fili dauid noli timere ac
cipere mariam coniugem tuam quod
enim in ea natum est de spu sco est
Pariet autem filium Quocabis no
men eius ihm ipse enim saluum facie
populum suum a peccatis eorum hoc
autem totum factum est ut adimple
retur quod dictum est a dno pen

ismam prophetam dicentem. Ecce virgo
in utero habebit & pariet filium & vo
cabunt nomen eius emanuel. Quod est
interpretatum nobiscum deus.
Exsurgens autem ioseph a somno
no fecit sicut praecepit ei angelus
dñi. & accepit coniugem suam & non
cognoscebat eam donec peperit fi
lium suum primogenitum & vocavit no
men eius ihm
Cum autem natus esset ihs in bethle
em iudae in diebus herodis regis ecce magi
ab oriente venerunt in hierusolymam
dicentes ubi est qui natus est rex iudeo
rum vidimus enim stellam eius in ori
ente & venimus adorare eum
Audiens autem herodes rex

turbatus est & omnis hierusolyma cum
eo & congregans omnes principes sacer
dotum & scribas populi sciscitabatur
ab eis ubi xps nasceretur ¶ At illi dixerunt ei in bethlem iudee
sic enim scriptum est per prophetam
& tu bethlem terra iuda nequaquam
minima es in principibus iuda ex te
enim exibit dux qui regat populum
meum israhel ¶ Tunc herodis clam occulte uoca
tis magis diligenter didicit ab eis tem
pus stelle que apparuit eis & mit
tens eos in bethlem dixit ite & in
terrogate diligenter de puero & cum
inueneritis renuntiate mihi ut
& ego veniens adorem eum qui natus

dissent regem abierunt. Et ecce stella quam
viderant in oriente antecedebat eos us
que dum veniens stare supra ubi erat
puer. Videntes autem stellam gavisi
sunt gaudio magno valde. Et intran
tes domum invenerunt puerum cum
maria matre eius. Et procedentes ad
oraverunt eum. Et apertis thesauris
suis obtulerunt ei munera aurum tus
et murram. Et responso accepto in
somnis ne redirent ad herodem sed
per aliam viam regresi sunt in regionem
suam quicum regressi sent. Ecce ange
lus dni apparuit in somnis ioseph
dicens. Surge et accipe puerum et matr
em eius et fuge in aegyptum et esto ibi usq:
dum dicam tibi futurum est enim ut he

Et veniens habitavit in civitatem quae
vocatur Nazareth · ut adimpleretur
quod dictum est per prophetas quoniam
Nazareus vocabitur :·

Math. cap. iii.

Illis diebus venit Iohannis bap
tista praedicans in deserto Iude
ae · Et dicens penitentiam agite ad pro
pinquavit enim regnum caelorum :·
Hic est enim qui dictus est · per Esseam
prophetam dicentem :·
Vox clamantis in deserto parate
viam domini rectas facite semitas eius :·
Ipse autem Iohannis habebat vesti
mentum de pillis camellorum Et zo
nam pelliciam circa lumbos suos es
ca autem eius erat lucustae Et mel
silvestrae · Tunc exibat ad eum hyeru

solima. et omnis iudea et omnis regio cir
ca iordanen et baptizabantur in ior
dane ab eo confitentes peccata sua.
Videns autem multos phariseorum
et adduc eorum venientes ad baptismum
suum dixit eis progenies viperarum
quis demonstravit vobis fugere a futu
ra ira. Facite ergo fructum dignum
paenitentiae et nevellitis dicere intra
vos patrem habemus abraham dico
enim vobis quoniam potest deus ex lapi
dibus istis suscitare filios abrahae.
Iam enim securis ad radicem arborum
posita est.
Omnis ergo arbor quae non facit
fructum bonum excidetur et in ignem
mittetur.

Ego quidem uos baptizo in qua in pe-
nitentiam qui autem post me uenturus
est fortior me est cuius non sum oig [redacted]
nus calciamenta portare ipse uos
baptizabit in spu sco Eigli
Cuius uenti labrum in manu sua et
permunda bit aream suam et congre-
gabit triticum suum in horreum pa-
leas autem conburet igni inextinguibili
Tunc uenit ihs a galilea in iordanen
ad iohanem ut baptizaretur a beo
iohannis autem prohibebat eum
dicens ego a te debeo baptizari et tu
uenis ad me Respondens autem
cundum. uero opera eorum nolite
facere dicunt enim ipsi et non faciunt
Alligauit autem onera grauia
et inportabilia et inponunt
in humeros hominum digito autem

suo uoluit mouere ea ::

Omnia ergo opera sua faciunt
ut uideantur ab hominibus dila
tant enim philacteria sua & magnifi
cant fimbrias · Amant autem primos
recubitos in cenis · & primas cathe
dras in synagogis · & salutationes
in foro · & uocari ab hominibus rabbi

Vos autem nolite uocari rabbi
unus enim est magister uester ::

Omnes autem uos fratres estis
& patrem nolite uocare uobis
super terram unus est enim pater
uester qui in caelis est · Nec uocemi
ni magistri quia unus est uester
magister

Qui maior erit uester minister ::

Qui autem exaltauerit se humilia
bitur. & qui se humiliauerit exaltabi

Vae autem uobis scribae & pha
risaei ypocritae quia clau
dis regnum caelorum ante homi
nes uos autem non intratis nec in
tro euntes sinitis intrare

Vae uobis scribae & pharisaei
ypocritae quoniam comeditis
domus uiduarum occasione longa
orantes propter hoc accipietis a
plus iudicium

Vae uobis scribae & pharisaei
ypocritae quia circuitis mare
& aridam ut faciatis unum
prosilytum & cum fuerit factus

facitis eum filium gehennae duplo
quam uos ::
Ve uobis duces caeci qui dicitis
quicumque iurauerit in templum
nihil est qui autem iurauerit in auro
templi debitor est. Stulti et caeci
quid enim maius aurum an templum
quod sanctificat aurum. Et quicum
que iurauerit in altare nihil est.
Quicumque autem iurauerit in do
no quod super illud est debitor est.
Caeci quid enim maius est donum
an altare quod sanctificat donum
qui ergo iurat in altare iurat in eo
et in omnibus quae super illud sunt.
Et qui iurauerit in templo iurat in
illo et in eo qui habitat in ipso ::

Et qui iurat in caelo iurat in throno
dei. Et in eo qui sedet super eum.
Ve uobis scribae et pharissaei
hypocritae quia decimatis mentam
et anetum et cymminum et reliquistis
quae grauiora sunt legis iudicium
et misericordiam et fidem haec oportuit
facere et illa non omittere.
Duces caeci excolantes culicem ca
mellum autem glutientes.
Ve uobis scribae et pharissaei hy
pochritae quia mundatis quod
de foris est calicis et parabsidis
intus uero pleni estis sunt rapina.
Et in mundicia farisse caece
munda prius quod intus est calicis
et parabsidis ut fiat et id quod de

foris est ... uniclum

Ue uobis scribae et pharissaei
hypochritae quia similes estis
sepulchris dealuatis quae a foris
apparent speciosa hominibus in
tus uero plena sunt ossibus mor-
tuorum et omni spurcitia. Sic et uos
a foris apparetis quidem hypochrite
hominibus iusti. Intus autem pleni
estis hypochrisi et iniquitate.

Ue uobis scribae et pharis
saei qui edificatis sepulchra
profetarum et ornatis monimen
ta iustorum et dicitis quia si fu
issemus in diebus patrum nostro
rum non esse mus socii eorum
in sanguine profetarum

Itaque testimonium estis uobismet
ipsis quia filii estis eorum qui profe-
tas occiderunt.

Vos inplete mensuram pa-
trum uestrorum serpen-
tes genimia uiperarum quomodo
fugietis a iudicio gehennae.

Ideo ecce ego mitto ad uos pro-
fetas et sapientes et scribas
et ex illis occidetis et crucifigetis
et ex eis flagillabitis in se nagogis
uestris et persequemini de ciuitate
in ciuitatem ut ueniat super uos
omnis sanguis iustus qui effussus
est super terram. A sanguine a-
bel iusti usque ad sanguinem za-
chariae filii barachiae. quem

occidistis inter templum et altare

Amen dico uobis uenient haec
omnia super generationem istam

Hierusalem hierusalem que
occidis prophetas et lapidas
eos qui ad te missi sunt quotiens
uolui congregare filios tuos quem
admodum gallina congregat pul
los suos sub alas suas et noluisti

Ecce relinquitur uobis domus
uestra deserta. Dico autem
uobis nonne uidebitis Amodo do
nec dicatis benedictus qui uenit
in nomine domini

Egressus ihs de templo ibat
et accesserunt ad eum
discipuli eius ut ostenderent

M.
X

et aedificationem templi. Ipse au-
tem respondens dixit illis uidetis
haec omnia. Amen dico uobis non
relinquetur hic lapis super lapi
dem qui non destruatur.

Sedente autem eo super mon-
tem oliueti accesserunt ad eum dis
cipuli eius secreto dicentes dic no
bis quando haec erunt et quod sig
num quando incipient consumma
ri omnia saeculi.

Respondens ihs dixit eis ui
dete ne quis uos seducat
multi enim uenient in nomine meo
dicentes ego sum xps et multos se
ducent. Audituri enim proelia et
opiniones proeliorum. Uide-

teneatur bemini oportet enim haec fieri
sed nondum est finis

Insurget enim gens in gentem et reg
num contra regnum et erunt
pestilentiae et fames et terrae mo
tus per loca

Hec autem omnia initia sunt
dolorum

Tunc tradent uos in tribulationes
et occident uos et eritis odio
omnibus gentibus propter nomen
meum

Et tunc scandalizabuntur
multi et inuicem se tradent
et odio habebunt inuicem et mul
ti saeuclo profetae insurgent et
seducent multos et quoniam

habunoabit iniquitas refrigesca
caritas multorum · Qui autem per
manserit usque in finem hic saluus
erit
Praedicabitur hoc euangeli
um regni in uniuerso orbe in
testimonium omnibus gentibus & tunc
ueniet consummatio .....
Ergo uideritis abhominationem
desolationis quae dicta est
a daniele propheta stantem in loco
sco qui legit intellegat
Tunc qui in iudea sunt fugiant
ad montes & qui in tecto non
descendat tollere aliquid de domu
sua & qui in agro non reuertatur
tollere tunicam suam

Ve autem praegnantibus et
nutriantibus in illis diebus
Rate autem ut non fiat fuga
uestra hime uel sabbato
Erit enim tunc tribulatio magna
qualis non fuit ab initio mun
di usque modo neque fiet
Nisi breuiati fuissent dies
illi non fieret salua omni
nis caro sed propter electos bre
uiabuntur dies illi
Tunc si quis uobis dixerit ecce
hic xps aut illic nolite credere
Erigent enim seudo xpi et
saeudo profetae et dabunt
signa magna et prodigia ita in erro
rem inouantur si fieri potest etiam

electi ecce praedixi uobis

Ergo si dixerint uobis ecce in de-
serto est nolite exire. Ecce
in penetralibus nolite credere.
Sicut enim fulgor exit ab ori
ente et paret usque in occi
dentem ita erit aduentus filii ho
minis.

Vbi cumque fuerit corpus illuc
congregabuntur et aquile.
Statim autem post tribulationem
dierum illorum sol obscurabi
tur et luna non dabit lumen suum
et stelle cadent de celo et virtu
tes celorum commouebuntur.
Et tunc apparebit signum filii
hominis in celo

Tunc plangent superse omnes tribus terrae · Et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum uirtute multa et maiestate · Et mittet angelos suos cum tuba et uoce magna et congregabunt electos suos · A quattuor uentis a summis caelorum usque ad terminos eorum · Ab arbore autem fici discite parabulam cum iam ramus eius tener fuerit et folia nascantur scitis quia prope est aestas · Ita et uos cum uideritis haec omnia scite quia prope est in ianuis · Amen dico uobis quia non praeteribit haec generatio donec haec omnia

haec fiant

Celum et terra et transibunt
uerba uero mea non praete-
ribunt. De die autem illa et ho
ra nemo scit neque angeli caelo
rum nisi pater solus

Sicut enim fuit in diebus noe
ita erit et aduentus filii
hominis sicut enim erant in dieb:
ante diluium comedentes et bi
bentes et nubentes ad nuptium
tradentes usque ad eum in diem
quo intrauit noe in arcam et non
cognuerunt donec uenit diluium
et tulit omnes ita erit aduen
tus filii hominis

Tunc duo erunt in agro unus

adsumetur et unus relinquetur

Duae molentes in mola una
adsumetur et altera relinquetur

Vigilate itaque quia nescitis qua
die uel qua hora dns uester uen
turus est

Ad autem scitote quoniam
si scire pater familias qua ho
ra fur uenturus esse uigilare
utique et non sinire perfoderi
domum suam ideo que estote
et uos parati quia nescitis qua
hora filius hominis uenturus est

Quis nam est putas fidelis ser
uus et prudens quem constituit
dns suus super familiam suam
ut det illis cibum in tempore

Beatus ille seruus quem inue
nerit dominus eius sic facientem
cum uenerit. Amen dico uobis quo
niam super omnia bona sua confi
tus eum

Si autem dixerit in corde suo
malus ille seruus moram fa
cit dns meus uenire a dome et
coeperit percutere conseruos suos
manducet autem et bibat cum he
bris uenit dns serui illius in die
qua non sperat et hora qua igno
rat et diuidet eum partemque
eius ponet cum hypochritis illi erit
fletus et stridor dentium

Hic simile erit regnum celorum
decim uirginibus quae accipien

HE.
XV.

tes lampades suas exierunt auce
obiam sponso & sponsae quinq:
exeis erant fatuae & quinque pr
dentes sed quinq: fatuae non sum
pserunt oleum secum accepas la
padibus :: Prudentes uero acc
perunt oleum in uasis suis cum
lampadibus suis Moram autem
faciente sponso dormitauerunt
omnes & dormierunt Media
autem nocte clamor factus e
Ecce sponsus uenit exite obuia
Tunc surrexerunt omnes uirg
nes illae & ornauerunt lam
pades suas fatuae autem sapie
tibus dixerunt date nobis de oleo
uestro quia lampades nostrae

exanguntur · Responderunt
prudentes dicentes Ne forte non
sufficiat nobis & uobis · Ite pu
tius uendentes & emite uobis
Dum autem ibant emere uenit
sponsus & quæ parate erant
intrauerunt cum eo ad nuptias
& clausa est janua · Nouissime
autem ueniunt & reliqui uir
gines dicentes domine domine aperi nobis
Ille respondens ait
Amen dico uobis nescio uos · Vi
gilate itaque quia nescitis hora
neque diem · Quomodo enim homo peregre pro
fiscens uocauit seruos
suos & tradidit illis bona sua ·

Cum dedit · u · talenta · ali · duo
ali · autem unum · et unicuiq:
sa ecundum propriam uirtutem
et profectus est statim · Abit autem
quinquinque talenta acciperat
et operatus est in eis :· et lucratus
est alia quinque similiter et qui
·ii· acciperat lucratus est alia duo
Qui autem unum talentum acci
perat abiens fodit in terra
et abscondit pecuniam dn̄i sui ·
Post multum uero temporis ue
nit dn̄s seruorum illorum et
possuit rationem cum eis et ac
cedens quiquinque talenta ac
ciperat · Obtulit alia quinq:
talenta dicens dn̄e · u · talenta

dedisti mihi. Ecce alia quinque su
perlucratus sum. Et ait illi dn̄s eius
euge serue bone et fidelis quia
super pauca fidelis fuisti super
multa te constituam intra in gau
dium dn̄i tui ::

Et accessit qui duo talenta
acciperat. Et ait dn̄e duo
talenta tradidisti mihi :: Ecce
alia duo superlucratus sum
Et ait illi dn̄s eius :: Euge serue
bone et fidelis quia super pau
ca fuisti fidelis super multa te
constituam intra in gaudium dn̄i tui
Accedens autem et qui unum
talentum acciperat ait dn̄e
scio quia homo durus es et

metis ubi non seminasti :· Et con
gregas ubi non sparsisti Et timens
ego abii Et abscondi talentum tuum
in terra ecce habes quod tuum est
respondens autem dominus eius
dixit ei serue male Et piger scie
bas quia ego meto ubi non semino·
Et congrego ubi non sparsi
Portuit ergo te committe
re pecuniam meam nummu
laris Et ueniens ego recipissem
utique cum usuris quod meum est·
Tollete itaque a beo tallentum
Et date ei qui habet x· talenta
Omni enim habenti dabitur
Et habundabit ei autem
qui non habet Et quod uidetur

habere auferetur ab eo ::

Autilem autem seruum eiecite
foras in tenebras exteriores
ubi erit fletus et stridor dentium

Cum autem uenerit filius homi
nis in maiestate sua et omnes
angeli cum eo tunc sedebit super
sedem maiestatis suae. Et con
gregabuntur ante eum omnes
gentes terre. Et separabit eos
ab inuicem sicut pastor segregat
oues ab haedis :: Et statuet
quidem oues a dextris suis.

Aedos autem a sinistris ::

Tunc dicet rex his qui a dextris
eius erunt uenite benedicti
patris mei possidete regnum

paratum uobis a constitutione mundi
Es urini enim et declistis mihi mag
ducare Sitiui et declistis mihi bi
bere Hospes eram et collegis
tis me Nudus eram et operu
istis me Infirmus et uisitastis
me Incarcere fui et uenistis
ad me Tunc respondebunt
ei iusti dicentes dne quando te ui
dimus esurientem et pauimus te
Aut sitientem et declimus tibi
potum quando autem te uidimus
hospitem et colligimus te
Aut nudum et cooperuimus te
Aut quando te uidimus infirmum
uel incarcere et uenimus ad te
Et respondens rex dicet illis

Amen dico uobis quandiu fecistis
uni ex hiis minimis fratribus meis
mihi fecistis :: Tunc
Tunc dicet his qui a senistris eius er
discedite a me maledicti in ignem
aeternum qui praeparatus est dia
bulo et angelis eius :: Esurii enim
et non dedistis mihi manducare ::
Sitiui et non dedistis mihi bere ::
Hospes eram et non collegistis me
Nudus eram et non co operuistis me ::
Infirmus et in carcere et non uenistis ad me ::
Tunc respondebunt et ipsi dicen
tes domine quando te uidimus esse
rientem aut sitientem :: Aut hos
pitem :: Aut nudum :: Aut im

firmum uel incare et non ministrauy
mus tibi. Tunc respondebit illis
dicens. Amen dico uobis quan
diu nunfecistis uni ex his fratrib:
meis minimis ambulantibus in no
mine meo mihi nec fecistis.
Ibunt hii in suplicium alternum.
Iusti autem in uitam aeternam.
Et factum est cum consummas
se ihs sermones hos omnes dixit
discipulis suis.
Scitis quia post biduum pasch
fie et filius hominis trade
tur ut crucifigatur.
Tunc congregati sunt principes
sacerdotum et seniores po
puli in atrium principis sacerdo
tum

quidicebant caiphas & consilium
fecerunt uthim dolo tenerent &
occiderent dicebant autem non
die festo ne forte tumultus fiera
t in populo ·

Cum autem esset ihs in bethania
in domu simonis leprosi ac
cessit ad eum mulier habens ala
bastrum unguenti pretiosi &
effudit super caput eius recu
bente ipso · Uidentes autem dis
cipuli eius indignati sunt dicentes
ut quid perditio hec facta est
potuit enim istud uenundari plurimo
& dari pauperibus · Sciens au
tem ihs ait illis quid molesti es
tis huli bonum opus operata

est inme semper pauperes habe
bitis uobiscum me autem non sem
per habebitis

Mittens enim haec unguentum
hoc in corpus meum ad sacelendum
me fecit

Amen dico uobis ubicumque
praedicatum fuerit hoc
euangelium in toto orbe narrabitur
Et quod fecit haec in memoriam
ipsius

Tunc abiit unus de duodecim
ad principes sacerdotum
qui dicitur iudas scarioth
Et ait illis qui dum uultis mihi
dare Et ego uobis eum tradam
Et illi constituerunt ei

argenteos. Et exinde que rebat
oportunitatem ut eum traderet.
Prima autem die azemorum
accesserunt discipuli ad ihm
dicentes ubi uis paremus tibi man
ducare pacha.
At ihs dixit ite in ciuitatem
ad quendam et dicite ei magis
ter dicit tempus meum prope est
Apud te facio pascha cum disci
pulis meis. Et fecerunt dis
cipuli sicut praecipit illis ihs.
Et parauerunt pascha.
Vespere autem facto discum
bebat cum xii discipulis suis
Et edentib: illis dixit. Amen
dico uobis quia unus

uestrum me tradet

Et contristati sunt ualde et
coeperunt singuli dicere
numquid ego sum domine. At ipse
respondens ait qui intinguit
mecum manum in parabside
hic me tradet. Et filius quidem
hominis uadit sicut scriptum
est de eo

Ue autem homini illi per quem
filius hominis traditur
bonum erat ei si non natus fu
isset homo ille

Respondit autem iudas qui tra
diturus erat eum et dixit
ei numquid ego sum rabbi. At illi
ihs ait dixisti

Cenantibus autem eis accepit
ihs panem & benedixit ac
fregit deditque discipulis suis
dicens accipite edite. Hoc est
enim corpus meum quod
confringitur pro seculi uita.
Et accepto calice gratias
egit & dedit illis dicens
bibite. Hoc est enim
sanguis meus noui testamenti
qui effunditur pro uobis & pro
multis in remissionem peccatorum.
Dico autem uobis quia non bi
bam amodo de hoc genimine uitis
usque in diem illum quo illud
bibam uobiscum nouum in regno
patris

Ca
Cammo dicto
exierunt
in montem Oliuet



dalum patiemini in me in ista nocte ::

Eriptum est enim percutiam pas
torem et dispergentur oues gregis
Postquam autem resurrexero
praecidam uos in galileam ::

Respondens autem petrus ait illi
Et si omnes scandalizati
fuerint in te ego numquam scan
dalizabor ait illi ihs amen dico
tibi quia in hac nocte ante quam
gallus cantet terme negabis

Ait illi petrus etiam si oportu
erit me mori tecum non te
negabo :: Similiter et omnes dis
cipuli dixerunt ::

Tunc uenit ihs cum illis in uillam
que dicitur gethsamani ::

Et dixit discipulis suis sedite
hic donec uadam illuc ora
rem Et adsumpto petro Et duobus
filiis zebedaei coepit contris
tari Et metus esse
Tunc ait illis tristis est anima mea
usque ad mortem sustenete
hic Et uigilate mecum
Progresus pusillum procedit
in faciem suam orans Et
dicens pater mi Si possibile est
transeat a me calix iste
Verum tamen non sicut ego uob
sed sicut tu uis
Venit ad discipulos suos Et
inuenit eos dormientes Et
dixit petro sic non potuisti una

horauigilare · mecum · Uigilate · Et
orate ut non intretis intemptationem
Ips quidem prumptus est
caro uero infirma
Terum secundo abiit · Et orauit
dicens pater misi non potest
hic calix transire · a me · nisi illum
bibam fiat uoluntas tua · Et ue
nit iterum · Et inuenit eos dormientes
Erant enim oculi eorum gra
uati · Et relictis illis iterum abiit
Et orauit tertio eundem sermo
nem dicens
Tunc uenit ad discipulos suos
Et dicit illis dormite · Iam
Et requiescite · Ecce ad propin
quauit hora · Et filius hominis

rum
tradetur in manus hominum peccato

Ergite eamus ecce ad propin
quauit qui in strade

Adhuc eo loquente ecce iudas
unus ex duodecim uenit et
cum eo turba multa cum gladiis
et fustibus misi a principib: sa
cerdotum et seniorib: populi ::

Qui autem tradidit eum dedit
eis signum dicens ::

Quemcumq: osculatus fuero
ipse est tenete eum

Et confestim accedens ad ihm
dixit auerabbi et osculatus
est eum dixitq: illi ihs ad quod
uenisti amice fac. Tunc acces
serunt et manus iniecerunt

mihi̅m̅ et tenuerunt eum

Et ecce unus ex his qui erant
cum ihu̅ extendens manuu̅
exemit gladium suum et percussit
seruum principis sacerdotum. et
amputauit auriculam eius

Tunc ait illi ihs̅ conuerte gladi
um tuum in locum suum om
nes enim qui accipiunt gladium
in gladio peribunt an putas quia
non possum me rogare patrem
meum ut exhibere mihi modo plus
quam xii legiones angelorum. Quo
modo ergo inplebuntur scripture
quia si oporte fieri ::

In illa hora dixit ihs̅ turbis tam
quam ad latronem uenistis

cum gladiis et fustibus comprehen
dere me. Cotidie autem apud vos
sedebam in templo docens et
non me tenuistis.

Hoc autem totum factum est
ut implerentur scripturae
profetarum.

Tunc discipuli eius omnes re
licto eo fugerunt.

Illi tenentes ihm duxerunt
eum ad Caifan principem
sacerdotum ubi scribe et seni
ores convenerant.

Petrus sequebatur eum
a longe usque in atrium
principis sacerdotum et ingre
sus.

intro sedebat cum ministris ut videre
finem rei ::

Principes autem sacerdotum
et omne concilium quaerebant
falsum testimonium contra ihm ut
morti traderent eum et non inuene-
runt et cum multi falsi testes ac-
cessisent non inuenerunt in eum
quincam

Nouissime autem uenerunt
duo falsi testes et dixerunt
hic dixit possum distruere hoc
templum dei et postriduum reae-
dificabo illud ::

Et surgens princeps sacerdotum
ait illi nihil respondens ad ea
quae ista dicunt aduersum te

testificantur. ihs autem tacebat
Et princeps sacerdotum ait illi
adiuro te per dm uiuum ut dicas
uobis si tu es xps filius di uiui
Dicit illi ihs tu dixisti :: do
Verum tamen dico uobis Amo
uidebitis filium hominis se
dentem ad extris uirtutis altissimi
Et uenientem in nubus caeli ::
Tunc princeps sacerdotum
scidit uestimenta sua dicens
blasfemauit quid adhuc aliquem
testibus
Ecce nunc audistis blasfemiam
eius quid uobis uidetur :: At
illi respondentes dixerunt reus
est mortis ::

Tunc expuerunt in faciem eius. Et
colophis eum caecderunt alii
autem palmas dederunt in facie
eius dicentes profetiza nobis xpe
quis est qui te percussit.
Petrus autem sedebat foris
in atrio. Et accessit ad eum
una ancella dicens. Et tu cum ihu
galileo eras ac ille. Negavit coram
omnib: dicens nescio quid dicis.
Exeunte autem illo ianuam
vidit eum alia ancella. Et ait
eis qui ibi erant. Et hic erat cum
ihu nazareo. Et iterum negavit
cum iuramento dicens quia non novi
hominem. Et post pusillum ac
cesserunt qui ibi stabant. Et

dixerunt petro uere et tu ex illis
es nam et loquella tua manifestum
te facit :. Tunc coepit detestari
et iurare quia non nouisse homi
nem et continuo gallus cantauit.
Recordatus est petrus uer
bi ihu quod dixerat prius
quam gallus cantet terme nega
bis et egresus foras amarissime
fleuit :.
xxvij. Ane autem facto consilium
fecerunt omnes principes
sacerdotum et seniores populi
aduersus ihm ut eum morti trade
rent et uinctum adduxerunt eum
et tradiderunt pontio pilato
praesidi :.

Tunc iudas uidens quieum tradi
dit quia damnatus est :.
Paenitentia ductus retulit xxx
argenteos principib: sacerdotum
et seniorib: dicens peccaui tra
dens sanguinem iustum uideris:
Ad illi dixerunt quid ad nos tu
et proiectis argenteis in templo
reccessit et abiens laqueo se
suspendit :.
Tunc autem princeps sacerdo
tum acceptis argenteis dixe
runt non licet eos mittere in cur
ban quia pretium est sanguinis
consilio autem facto emerunt
ex illis agrum figuli in sepultu
ram peregrinorum propter hoc

uocatus est ager ille achel dem ach
quod est ager sanguinis usque
in hodiernum diem
Tunc impletum est quod dictum
est per prophetam heremiam
dicentem · Et acciperunt xxx ar
genteos praetium ad praetiati
quod ad praetiauerunt a filii israhel
:: Et dederunt eos in agrum
figuli · sicut constituit mihi dns ::
Hs autem stetit ante praesi
dem Et interrogauit eum pre
sis dicens tues rex iudeorum
Dicit ei ihs tu dicis Et cum accus
saretur a principib: sacerdo
tum Et seniorib: nihil respondebat
Tunc dicit ei pelatus non audis

quanta aduersum te testificantur.
Et non respondit ei ad ullum uerbum.
Ita ut mirarentur praesis multum.
Per diem autem sollempnem
consuerat praesis dimitte-
re populo unum uinctum quem
uoluissent.
Habebant autem uinctum insig-
nem qui dicebatur barabas
congregatis ergo illis. Dixit pilatus
quem uultis dimittam uobis barra-
ban autem hm̄ qui dicitur xp̄s sciebat
enim quod propter inuidiam tra-
didissent eum.
Edente autem illo pro tribuna-
li missit ad eum uxor eius
dicens nihil sit tibi de iusto illo mul-
ta

enim passusum odie perussum
propterea

Principes autem sacerdotum
et seniores persuaserunt po
pulis ut peterent barban ihm̄ ue
ro perderent

Respondens autem praesis ait
illis quem uultis uobis de duobus
dimittam at illi dixerunt barabam

Dicit illis pelatus quid igitur
faciam de ihū quid dicitur xp̄s.

Dicunt omnes crucifigatur

Et illis praeses quid enim
mali fecit. At illi magis clama
uerunt dicentes crucifigatur.

Videns autem pelatus quia
nihil proficere sed magis

tumultus fieret acceptaaqua la
uit manus coram omni populo di
cens Ego innocens sum a sanguine
iusti huius uos uideritis.
Et respondit uniuersus po
pulus dixit sanguis eius
supernos et superfilios uestros
Tunc dimissit illis baraban ihs
uero flagillatum tradidit eis
ut crucifigeretur
Tunc milites praesidis suscipi
entes ihm in praetorio congre
gauerunt ad eum uniuersum cho
ortem et exeuentes eum induerun
t tonicam purpuream.
Et clamidem cocineam circum
dederunt ei et plectantes coronam

despinis impossuerunt supercaput
eius et harundinem in dexteram
eius et genu flexo inludebant ante
eum dicentes aue rex iudeorum
Et expuentes in eum acciperunt
harundinem et percutie-
bant caput eius · Et postquam
inlusserunt eum et exuerunt eum
clamidem et induerunt eum uesti
mentis suis et duxerunt eum
ut crucifigerentur
Et euntes autem inuenerunt
hominem cyrin eum uenien
tem in obiam sibi simonem nomine
hunc angariz auerunt ut tollere
crucem suam
Et uenerunt ad locum quidi

aur golgotha quod nominatur
calvariae locus

dederunt ei bibere uinum cum
felle mixtum cum gustasset
noluit bibere

postquam crucifixerunt eum
diviserunt sibi uestimenta eius
sortem mittentes ut impleretur quod
dictum est per prophetam dicentem
diviserunt sibi uestimenta mea
et superuestem meam miserunt
sortem et sedentes seruabant eum

et posuerunt super caput
eius causam ipsius scriptam
hic est rex iudeorum

unus ad extris et unus a sinistris

Praeter euntes autem blasphe-
mant eum mouentes capita
sua et dicentes · ua · qui distruebas
templum dei et in triduo reaedificas
illud salua autem te ipsum si filius
dei es discende nunc de cruce ·:·

Similiter et principes sacerdotum
inludebant eum cum scribis
et seniorib: dicentes alios saluos
fecit · Se ipsum non potest sal-
uum facere si rex israhel est dis-
cendat nunc de cruce · et crede-
mus ei · Confidit in dno et nunc li-
bere eum si uult dicit enim quia dei
filius sum

Ipsum autem & latrones qui
crucifixerant cum eo impro
perabant ei · & postquam cruci
fixus est
A sexta hora tenebrae factae
sunt super universam terram
usque ad horam nonam ·
Et circa horam nonam clam
mavit ihs uoce magna dicens
heli · heli · lama sabacthani ·
hoc est deus deus meus quare me
dereliquisti quidam autem illic
stantes & audientes dicebant
heliam uocat iste
Et continuo occurrens unus
ex eis acceptam spongiam
implevit aceto & imposuit

arundinem & dabat ei bibere ·
Ceteri uero dicebant sine uide
amus an ueniat helias & libe
rare eum · Alius autem accepta
lancea pupugit latus eius &
exiit aqua & sanguis ·
Ihs autem iterum exclamans uo
ce magna emisit spm ·
Et ecce uelum templi scissum
est in duas partes a summo
usque deorsum & terra mota
est & petre scisse sunt & mo
numenta aperta sunt · & mul
ta corpora sanctorum dormientium
surrexerunt & exeuntes de monu
mentis · post resurrectionem
eius uenerunt in ciuitatem & uisi

apparuerunt

Centorio autem et qui cum eo
erant custodientes ihm uiso
terrae motu et his quae fiebant
timuerunt ualde dicentes uere
dī erat filius iste

Erant autem ibi mulieres mul
tae a longe uidentes quae
saecutae fuerant ihm a galilea
ministrantes illi. Inter quas erat
maria magdalenae et maria
iacobi et ioseph et mater filio
rum sebaedei

Cum autem sero factum esse
uenit quidam homo diues
a barimathia nomine ioseph
qui ipse discipulus erat ihu

Hic accessit ad pylatum et petit
corpus ihu. Tunc pelatus iusit
dari corpus.

Et accepto corpore ihu inuo
luit illud in sindone inunda et
possuit eum in monumenta suo
nouo quod exciderat in petra
et aduoluit saxum magnum et
ostium in monumenti et abit.

Erat autem ibi maria magdi
linae et altera maria sedens
tes contra sacepulchrum.

Altera autem die quae est
post parasceuen conuene
runt principes sacerdotum et
pharissei ad pelatum dicentes dne
recordati sumus quod seductor ille

dixit adhuc uiuens post tertium
diem refurgam :: Iubeergo custodi
ri sacepulchrum usque in diem
tertium · Ne forte ueniant discipuli
eius et furentur eum et di
cant plebi surrexit a mortuis ::
Et erit nouissimus error peior
priore ait illis pylatus habitis
milites ite custodite sicut scitis
illi autem abeuntes cum custodibus
munierunt sepulchrum signan
tes lapidem et discessurunt

TH.XXVIII

VESPERE AUTEM SABBATI QUAE LUCESCIT
IN PRIMA SABBATI VENIT MARIA
MAGDALENE ET ALTERA MARIA VIDE
RE SEPULCHRUM ET ECCE TERRAE MO
TUS FACTUS EST MAGNUS ANGELUS
ENIM DNI DESCENDIT DE CAELO ET AC
CEDENS REVOLVIT LAPIDEM ET SEDE
BAT SUPER EUM · ERAT AUTEM AS
PECTUS EIUS SICUT FULGOR ET VES
TIMENTUM EIUS CANDIDUM SICUT NIX ·
PRAE TIMORE AUTEM EIUS EXTERRI
TI SUNT CUSTODES · ET CONTINUO RE
SPONDENS AUTEM ANGELUS DIXIT

mulieribus nolite timere uos scio [illegible]
quod ihm̄ qui crucifixus est quaeritis non est
hic sed surrexit enim sicut dixit uenite
Et uidete locum ubi positus erat dn̄s
Et cito euntes dicite discipulis eius qui
surrexit a mortuis Et ecce praecedit
uos in galilea ibi eum uidebitis sicut
dixit uobis

Et exierunt cito de monumento cum
timore et gaudio magno Cor[illegible]
[illegible] nuntiare discipulis suis

Et ecce ihs̄ occurrit illis dicens a
[illegible] ille [illegible] et te-
nuerunt pedes eius Et adorauerunt eum

Tunc ait illis ihs̄ Nolite timere sed ite
nuntiate [illegible] in galilea
ibi me uidebunt Quae [illegible]

quidam de custodibus venerunt pecuniam
et nuntiaverunt principibus sacerdotum
omnia quae facta fuerant et congregati
cum senioribus consilio accepto pecuniam
copiosam dederunt militibus dicentes dic
te quia discipuli eius nocte venerunt
et furati sunt eum nobis dormientibus
et si hoc auditum fuerit apud praesidem nos
suadebimus ei et securos vos faciemus
At illi accepta pecunia fecerunt sicut
docti sunt et divulgatum est verbum istud apud
iudaeos usque hodiernum dies
Undecim autem discipuli eius abierunt
in galilaeam in montem ubi constituerat illis
ihs et videntes eum adoraverunt quidam
autem dubitaverunt et accedens
ihs locutus est eis dicens data est mihi

Omnes potestas in cœlo et in terra
Omnes ergo [illegible] omnes gentes
baptizantes [illegible] nomine patris
et filii et spiritus [illegible] eos obser
vare [illegible]
Secundum
Omnium

filii dī sicut scriptum est in esaia prophe-
tae ·· Ecce mitto angelum meum
ante faciem tuam qui praeparabit
uiam tuam ante te ·· am dñi
Vox clamantis in deserto parate ui
rectas facite semitas eius ·· Et prae-
Fuit iohannis in deserto baptizans
dicans baptismum p aenitentiae in
remissionem peccatorum ·· Et egredi
ebatur ad illum omnis iudeae regio · Et
hierusolimitae uniuersi · Et baptizaba;
tur ab illo in iordane flumine confite;
tes peccata sua
Et erat iohannis uestitus pellis came-
li et zona pellicia circa lumbos
suos · Et lucustas et mel siluestrae ede-
bat et praedicabat dicens · Venit

fortior me postme cuius non sum dignus
procumbens soluere corrigiam calcia
mentorum eius ⁘ Ego baptizaui uos in
aqua ille uero baptizabit uos in spu sco ⁘
Et factum est in diebus illis uenit
ihs a nazareth galilae et baptizatus
est in iordane a bio hanne ⁘ Et statim
ascendens de aqua uidit apertos caelos
et spm tamquam columbam descenden
tem et manentem in ipso ⁘ Et uox fac
ta est ad eum de caelis tu es filius meus
dilectus in te bene complacui ⁘
Et statim sps expellit eum in desertum
Et erat ibi xl diebus et xl noctibus et tem
ptabatur a satania ⁘ Et bant ei ⁘
Erat que cum bestis et angeli ministri
Postquam autem traditus est iohannes

uenit ihs in galileam cens quoni
Praedicans euangelium regni dī et di
am inpletum est tempus et ad propin
quauit regnum dī : penitemini et credite
euangelio et praeteriens secus mare
galileae uidit symonem et andream
fratrem eius mitentes rete in mare
erant enim piscatores :
Et dixit eis ihs uenite post me et fa
ciam uos fieri piscatores hominum
et protenus relictis retibus secuti sunt eum :
Et progresus inde pusillum uidit
iacobum zebedei et iohannem fratrem
eius : et ipsos in naui conponentes rete :
Et statim uocauit eos et relicto patre
suo zebedeo in naui cum mercinariis se
cuti sunt eum : Et ingrediuntur

cafarnaum et statim sabbatis ingresus
in sinagogam et docebat eos
Et stupebant super doctrinam eius
Erat enim docens eos quassi potestatem
habens et non sicut scribae
Et erat in sinagoga eorum homo in
spu in spu in mundo Et exclamauit
dicens quid nobis et tibi ihu nazarene
uenisti perdere nos scio quia sis scs di
Et comminatus ei ihs dicens obmutesce
Et exiit sps inmundus discerpens eum
sps inmusdus · Et exclamauit uoce ma
na exiuit ab eo · Et mirati sunt omnes
ita ut conquirerent inter se dicentes quid
nam est hoc qua ecloctrina haec noua
est quia in potestate est et spiritibus
inmundis inperat Et obediunt ei · Et

processit rumor eius statim in omnem
regionem galileae ⁘ ⁘ ⁘ uenerunt in
Et protenus egredientes de sinagoga
domum symonis et andrae cum iacobo
et iohanne descumbebat hautem socrus
simonis febricitans et statim dicunt ei
de illa et accedens eleuauit eam ad prae-
hensa manu eius ⁘ et continuo dimisit
eam febrius et ministrabat eis ⁘ ⁘
Uespere autem facto cum occidisse
sol adferebant ad eum omnes male
habentes uaris languoribus et demonia
habentes ⁘ ⁘ Et erat omnis ciuitas con
gregata ad ianuam et curauit multos
qui uexabantur uaris languoribus et
demonia multa ei ciebat ⁘ ⁘ eum ⁘
Et non sinebat loquiea quia sciebant

Et de luculo ualde surgens et egresus
abit in desertum locum ibique orabat
Et persecutus est eum simon et qui cum
illo erant. Et cum inuenisent eum et
dixerunt ei quia omnes querunt te. Et
ait illis ihs eamus in proximos uicos
et ciuitates ut et ibi praedicem ad hoc enim
ueni et erat praedicans in sinagogis
eorum. Et omni galileae et demonia
eicienis. Et deprae cans
Et uenit ad eum laeprosus quidam
eum et genuflexu dixit dne si uis potes me
mundare. Ihs autem misertus est eius
extendit manum suam et tangens eum.
Et ait illi uolo mundare et cum dixisset
statim discessit ab eo laepra et mun
datus est. Et inspiciens eum ihs auftr

uultu eicit eum :· Et comminatus est ei
statim et eiecit illum et dicit ei uide nemini
dixeris · Sed uade ostende te principibus
sacerdotum et offer pro emundatione
tua donum quod praecipit moyses in tes
timonium illis :·

Et ille egresus coepit praedicare
et deffamare sermonem · Ita utiam
non possit manifeste introire in ciuita
tem sed foris in desertis locis esse · Et
cum ueniebant ad eum undique :·

Et iterum intrauit Cafarnauum
post dies et auditum est quod in domo
esse · Et cum uenerunt multi ita
ut non caperet domus : Neque ante ad
ianuam et loquebatur eis uerbum et
uenerunt ferentes ad eum paraliti

cum quia quatuor portabatur. Et cum
non possent offerre eum illi prae turba
nuta uerunt tectum ubi erat ihs. Et pa
te facientes summisserunt grabattum
in quo paraliticus iacebat. Et cum uidis
se ihs fidem illorum. ait paralitico
filii dimittuntur tibi peccata tua :·

Erant autem illic quidam descri
bis sedentes et cogitantes in cordib:
suis dicentes quid hic sic loquitur blas
fem at quis poterit dimittere peccata
nisi solus ds quo statim cognito ihs spu so:·

Quia sic cogitarent in trase dixit illis
quid ista cogitatis in cordibus uestris
quid est facilius dicere paralitico dimit
tuntur tibi peccata tua. Aut dicere sr
ge et tolle grabattum tuum et ambula

in domum tuam · Ut autem sciatis quia
filius hominis habet potestatem inter
ra dimittendi peccata : ait paralitico
tibi dico surge et tolle grabattum tuum
et uade in domum tuam ⁘ Et statim
ille surrexit et sublato grabatto · A
biit coram omnibus ita ut mirarentur
omnes et honorificarent dn̄m dicen
tes quia numquam sic uidimus ⁘
Et egressus est rursus ad mare et om
nes turbae quae ueniebant ad eum
et docebat eos et cum praeterire ui
dit leuinalfei sedentem ad teloneum ⁘
Et ait illi sequere me et surgens secutus eum ⁘
Et factum est cum accumbere in do
mu illius multi publicani et peccatores
simul discumbebant cum ihu et discipu

lis suis :: Erant enim multi qui seque-
bantur eum. Et scribae et pharisei uidez
tes quia manducare cum peccatorib:
et publicanis dicebant discipulis eius
Quare cum peccatoribus et publica-
nis manducat et bibit magister
uester
Hoc audito ihs ait illis non necesse
habent sani medico sed qui male
habent non enim ueni uocare iustos sed
peccatores :: Et erant discipuli iohan-
nis et farissaei ieiunantes et ueniunt
et dicunt illi cur discipuli iohannis et
farisseorum ieiunant :: Tui autem dis-
cipuli non ieiunant et ait illis ihs num
quid possunt filii sponsi quandiu spon
sus cum illis est ieiunare quanto tem

pore habent secum sponsum non pos
sunt ieiunare ∴ Venient autem di
es cum auferetur a beis sponsus ∴
Et tunc ieiunabunt in illis diebus ne
mo enim adsumentum commessuram
panni rudis adsuit uestimento ulteri ∴
Alioquin aufert sub plementum nouum
a ueteri et maior scissura fit et nemo
mitte uinum nouellum in utres ulteres
Alioquin disrumpit uinum nouum
utres et effundetur uinum et utres pe
ribunt sed uinum nouum in utres nouos
mitti debe et utraque seruantur
Et factum est iterum cum sabbatis
ambulare ihs per sata discipuli eius
caeperunt pragredi et uellere spicas
faris sei autem dicebant ei ecce quid faci

unt discipuli tui sabbatis quod non licet
eis facere. Et ait illis numquam legistis qu
id fecerit dauid quando necessitatem
habuit et esuriit ipse. Et quicum eo
erant quomodo intrauit in domum
dei sub habiathar principe sacerdotum
et panes propositiones manducauit
quos non licebat eis manducare nisi so
lis sacerdotibus. Et dedit his quicum
eo erant.
Et dicebat eis sabbatum propter
hominem factum est et non homo propter
sabbatum itaque dominus est filius
hominis etiam sabbati. Et introuit ite
rum in sinagogam. Et erat ibi homo
habens manuum aridam et obserua
bant eum sabbatis si curare uel accus

sarent eum :· Et ait homini habenti
manum aridam surge in medium Et dicit
eis licet sabbatis benefacere an male :·
Animam saluam facere an perdere ·
Et illi tacebant Et circumspiciens eos
cum ira contristatus est super caecita
tem cordis eorum Et dicit homini exten
de manum tuam Et extendit Et restitu
ta est manus illius :·
Exeuntes autem statim farissei cum
herudianis consilium faciebant ad
uersus eum quomodo eum perderent
Et ihs cum discipulis suis secessit ad mare
Et turba multa a galilea Et a iu
dea secuta est eum Et ab hierusolimis
Et ab idumea Et de transiordanen
Et qui circa tirum Et sidonem multi

tudo magna :

Audientes quae faciebat uenerunt
ad eum · Et dixit discipulis suis ut in nacu
la sibi deseruirent propter turbam ne
conprimerent eum multos enim sana
bat ita ut inruerent in eum ut illum tan
gerent quotquot habebant plagas
Et spūs immundi cum illum uidebant pro
cedebant ei :

Et clamabant dicentes tu es filius
dī et uehementer comminabatur eis ne
manifestarent illum :

Et ascendens in montem uocauit
ad se quos uoluit ipse · Et uenerunt
ad eum et fecit ut essent xii · Cum illo
Et ut mitterg eos praedicare · Et dedit
illis potestatem curandi infirmitates

et eiciendi demonia et ut circum euntes
praedicarent euangelium

Et inposuit simoni nomen petrum
et iacobum zebedei et iohannem
fratrem iacobi et inposuit eis nomina
bo arnergis quod est filii tonitrui · et
andream et filippum et bartholome-
um et matheum et thomam et iacobus
alphei et thatheum et simonem canna
neum et iudam scarioth qui tradidit eum

Et uenerunt ad domum et conuenit
iterum turba ita ut non possent neque
panem manducare et cum audissent
sui exierunt tenere eum dicebant enim
quoniam in furorem uersus est et expa
uit

Et scribae qui ab hierusolimis dis

cenclerent dicebant quia beel zebul
habe. Et quia in principe demoniorum
eicit demonia.

Et conuocatis eis in parabulis dice-
bat eis quomodo potest satanas sata-
nam eicere. Et si regnum in sedi uidatur
non potest stare regnum illud. Et si clo-
mus super seme ipsam dispertiatur
non potest domus illa stare. Et si sata-
nas consurrexit in seme ipsum disper-
titus est. Et non potest stare sed finem
habe. Nemo potest uas sa fortis ingre-
sus in clomum diripere nisi prius fortem
alligo. Et tunc clomum eius diripio.

Amen dico uobis quoniam omnia
dimetentur filiis hominum pec-
cata. Et blasfemiae quibus blasfema

uerunt qui autem blasfemauerit in spm
scm non habet remisionem in alternum
Sed reus erit alterni delicti quoniam
dicebant spm immundum habe
Et ueniunt mater eius et fratres
eius et foris stantes miserunt ad
eum uocantes eum et sedebant circa eum
turbae et dicunt ei ecce mater tua et fra
tres tui foris quaerentes te et respon
dens eis dixit quae est mater mea et
fratres mei et circumspiciens eos qui in cir
cuitu eius sedebant ait ecce mater mea
et fratres mei qui enim fecerit uoluntatem
dni hic fratres meus et soror mea
et mater mea est
Iterum coepit docere ad mare
et congregata est ad eum turba

multa ita ut in navem ascens sedere in
mari et omnis turba circa mare super
terram erat et docebat eos in parabu
lis multa et dicebat illis in doctrina sua
Audite ecce exiit seminans ad semi
nandum · et factum est dum seminare
aliud cecidit circa viam et venerunt
volucres caeli et comederunt illud ·
aliud cecidit super petrosa ubi non ha
buit terram multam et statim exortus
est quia non habebat altitudinem
terrae et quando exortus est sol estua
vit · et eo quod non habere radicem exa
ruit · et aliud cecidit in spinas et as
cenderunt spineae et suffocaverunt
illud et fructum non dedit et aliud
cecidit in terram bonam et dabat fructum

bonum ascendentem et crescentem et ad
ferebat unum xxx : et unum · lx · et unum ·
c : et dicebat qui habet aures audiendi
audiat : et cum esset singularis inter
rogauerunt eum dicentes hii qui cum eo
erant cum duodecim parabulas et dice-
bat eis uobis datum est nosse misteri
um regni dei :

Illis qui foris sunt in parabulis omnia
fiunt ut uidentes uideant et non uide-
ant et audientes audiant et non intelle-
gant nequando conuertantur et dimitan
tur eis peccata et ait illis nescitis para-
bulam hanc et quomodo omnes para-
bulas cognoscetis :

Qui seminat uerbum seminat hii hi
sunt qui circa uiam ubi seminatur

uerbum et cum audierint cum festim ueni
satanas et aufert uerbum quod semina
tum est in cordae eorum et hii sunt simili
ter qui simili super petrosa seminantur
qui cum audierint uerbum statim cum gau
dio accipiunt illud et non habent radicem
in se sed est temporalis sunt ⁂ ⁂ ⁂
Deinde orta tribulatione et persecu
tione propter uerbum confestim scan
dalizantur ⁂ Et alii sunt qui in spinis
seminantur ⁂ hii sunt qui uerbum audi
unt et erumpnae saeculi et deceptio di
uitiarum et circa reliqua concupiscen
tiae introeuntes suffocant uerbum et
sine fructu officiuntur et hii sunt qui
supra terram bonam seminati sunt ⁂
hii sunt qui audiunt uerbum et suscipi

Yf we haue
rotinge
endure
We shall wa
reward
of di

unt et fructificant unum xxxta et unum
lxta et unum c tum

Et dicebat illis numquid venit lucer
na ut sub modio ponatur aut sub lecto
nonne ut supra candellabrum ponatur

Nenim est aliquid absconditum quod
non manifestetur nec factum est
occultum sed ut in palam veniat si quis
habet aures audiendi audiat

Et dicebat illis videte quid audi
atis in qua mensura mensi fue
ritis remetietur vobis et adicietur vobis

Qui enim habet et dabitur ei et qui
non habet etiam quod habet aufe
retur a illo

Et dicebat sic est regnum caelorum
quemadmodum si homo iactat et semen

interram & dormiat & exsurgat noc
te ac die & semen germinat & incres
cat dum nescit ille ultro enim terra
fructificat primum herbam deinde
spicam deinde plenum frumentum in
spicam & cum se produxerit fructus
statim mittit falcem quoniam adest.

Mesi

Et dicebat cui adsimilabimus regnu
di aut cui parabulae comparabimus il
lud sicut granum sinapis quod semi
natum fuerit in terra minus est omnib
seminibus que sunt in terra & cum semi
natum fuerit ascendit & statim maius
est omnibus holeribus & facit ramos
magnos ita ut possint subumbracius
aues caeli habitare

Talibus multas parabulis loque-
batur eis uerbum prout poterant audi-
re sine parabula autem non loquebatur

Seorsum autem discipulis suis dis-
serebat omnia

Eadem die cum sero esset
dicit eis transeamus contra Et dimit-
tentes turbam assumunt eum in na-
ui erat autem et alie naues erant
cum illo Et facta est procella magna uen-
ti Et fluctus mittebat in nauem ita ut
impleretur nauis Erat ipse in
puppi super cephal dormiens Et excitant
eum Et dicunt ei magister non ad te per-
tinet quia perimus Et exsurgens commi
nauit uento Et dixit mari Tace

obmutesce et cessauit uentus et facta
est tranquilitas magna. et ait illis quid
timidi estis nec dum habetis fidem et ti
muerunt magno timore et dicebant
ad alterutrum quis putas est iste
Quia et uentus et mare obediunt ei
et ueniunt trans fretum maris in regi
one gerasenorum et exeunti ei de naui
statim occurrit ei de monumentis homo
in spu in mundo qui domicilium habebat
in monumentis. et neque catenis iam
quisquam eum poterat ligare quia con
pedibus sepe et catenis uinctus disru
pisse catenas et conpedes comminu
isse et nemo poterat eum domare
et semper nocte ac die in monumentis
et in montibus erat clamans et conci

deus se lapidibus uidens autem ihm a
longe aduenire adorauit eum et ex
clamans uoce magna dixit quid mihi
et tibi ihu fili dei summi adiuroe per
dm ne torqueas dicebat enim illi
exisps immunde ab homine et iterr
rogabat eum quid tibi nomen est et
dicit ei legio mihi nomen est quia mul
ti sumus et deprecabatur eum multi
ens expellere extra regionem
Erat autem ibi circa montem grex por
corum magnus pascens ium et deprec
abantur eum sps dicentes mittes nos
in porcos ut eamus in eos et concessit
eis statim ihs et exeuntes sps immun
di introierunt in porcos et impetu im
petu grex precipitatus est in mare

ad duo milia suffucati sunt in mare :

Qui autem pascebant eos fugerunt
et nuntiauerunt in ciuitatem et in agros
et egresi sunt uidere quid esset fac
tum et uenerunt ad ihm et uiderunt
illum qui a demonio uexabatur se
dentem uestitum et sanaementis et ti
muerunt et narrauerunt illis qui ui
derant qualiter factum esset ei et
qui demonium habuerat et de porcis
et rogare eum caeperunt ut disce
dere a finibus eorum :

Cumque ascendere in nauem coe
pit illum deprecari qui demonio uex
atus fuerat ut esset cum illo et non
admissit eum sed ait illi uade in domu
tuum ad tuos et adnuntia illis quanta

tibi dn̄s fecerit et misertus sit tui et habiit
et coepit praedicare in decapuli quan
ta sibi fecisset ihs̄ et omnes mirabantur.
Et cum transcendisset ihs̄ rursus in
navi transfretum convenit turba mul
ta ad illum et erat circa mare. Et
venit quidam de archis sinagogis no
mine iairus et videns eum procedit ad
pedes eius et deprecabatur eum multum
dicens: Quia filia mea in extrimis est
veni imponere manuum supeream ut
salva sit et vivat et habiit cum illo et
sequebatur eum turba multa et com
primebant illum. Et mulier quae
erat in profluio sanguinis annis xii.
Et fuerat multa perpessa a cumplu
rimis medicis et erogaverat omnia sua

nec quicquam profecerat sed magis de-
terius habebat cum audisse de ihu uenit
in turbam retro et tetigit uestimentum
eius dicebat enim intra se quia si uel ues
timentum eius tetigero saluaero et con
festim siccatus est fons sanguinis eius
et sensit corpore quod sanata esse
et plaga et statim ihs cognoscens in semet
ipso uirtutem quae exierat de eo con
uersus ad turbam aiebat quis tetigit
uestimenta mea. et dicebant ei disci
puli illius uides turbam comprimentem
te et dicis quis me tetigit et circumspe
ciebat ihs uidere eam quae fecerat hoc
mulier autem timens et tremens sciens
quod factum esse in se uenit et pro
cedit ante eum et dixit ei omnem

ueritatem ille autem dixit ei filia fides tu
te saluam fecit uade in pace et esto sana
a plagatua adhuc eo loquente ueniunt
ab archis inagoga dicentes quia filiatua
mortua est qui cultra uexas magistrum
ihs autem uerbo quod dicebatur audito
ait archis inagogo noli timere tantum
modo crede et non admissit quemquam
sequi senisi petrum et iacobum et iohan
nem fratrem iacobi et ueniunt in domum
archis inagogi et uidit cum uultum et
flentes et heiulantes multum et ingres
sus ait eis quid turbamini et plorati
puella non est mortua sed dormiuit
et inridebant eum ipse uero ei actis om
nibus adsumit patrem et matrem pu
ellae et qui secum erant et ingreditur

ubi erat puella iacens et tenens manum
puellae ait illi thabitha cumi quod est
interpretatum puella tibi dico surge
et confestim surrexit puella et ambu
labat erat autem annorum xii et ob
stupuerunt stupore maximo et praeci
pit illis uehementer ut nemo id scire
et dixit dari illi manducare
Et egressus inde habiit in patriam
suam et sequebantur illum
discipuli eius et facto sabbato coepit
in synagoga docere et multi audientes
admirabantur in doctrina eius dicen
